



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 1. De judiciis.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

& ad iudicia constituenda vel evitanda : sequitur, ut in ipsa iudicia gradum faciamus, & universam ordinis iudicarii rationem ac modum, in causis tam civilibus quam criminalibus, summane explicemus. Nam licet diversus sit insti-  
tuendi ordinande iudicium in utroque causarum genere modus, & de criminali agatur libro V. Decretalium tamen probandi ac finiendo pene idem reperitur.

2. Iaque pro obiecto huius libri statui potest ordo iudicarius, seu cauſa cuiuslibet, praesertim civilis, in iudicis peragenda mo-  
dus.

3. Cum verò, secundum Glos. in §. igitur in V. eisdem in Proœmiō Insit. Iusfin. divisione in sci-  
entia animum legatus inciteret, mentem intel-  
ligentis præparat, & memoriam artificioſe re-  
format: dividi potest ordo iudicarius in tria  
potissimum principalia membra, quorum pri-  
mum est de cauſa qualibet in iudicis, praeser-  
tim civilibus, instruenda seu ordinanda, in-  
choandave, ad quod pertinent primi XVII.  
Tituli: secundum de eadem deinceps instru-  
enda, ad quod spectant subsequentes Tituli  
usquead XXVII. qui cibde lentiſta & re iudi-  
cata exclusivè: tertium denique de eadem di-  
ritienda & fine debito terminanda, ad quod  
pertinet dictus Tit. XXVII. & reliqui usque  
ad finem.

## TITULUS I.

## De Iudiciis.

1. Quid sit hoc loco Iudicium.
2. Ex quibus constet.
3. Ex persona Iudicis, Iudicium aliud est Ecclesiasticum, aliud Seculare.
4. Item aliud Civile, aliud Criminale, aliud mixtum.
5. Et Criminale aliud Capitale, aliud non Capita-  
le.
6. A forma, aliud Ordinarium, aliud Extraordi-  
narium.
7. A materia, aliud Petitorium, aliud Possessori-  
um.

**D**e ordine iudicario, ut diximus, hoc se-  
cundum libro disceptatur, quo pacto collig-  
etur atque ordine in iudicio seu coram Iu-  
dice cauſa, potissimum civilis, peragenda fit: &  
ideo summus Pontifex hunc librum auspicatur  
a generali Tit. *De iudicis*.

1. Omissis autem variis Judiciorum in jure:  
significationibus, quas tradit Maranta 1. p.  
*Spec. sui aurei*, & quindecim proponit Glossa,  
ad cap. in judicis 12. *De R. Iuris in b.* In praesenti  
Judicium sumitur pro cauſa diſcussione, qua  
coram Judgee pro tribunali sedente fit. Et di-  
citur Judicium, quasi jurisdictione, quod in eo  
jus dicatur: & Judge, quasi iudicis populo,  
sive quod iure disceptet, c. *Forum inf. De verb. signifi-*

cat.

2. Ad judicium hoc modo sumptum quatuor  
potissimum requiruntur, Judge, Actor, Reus &  
Causa, tanquam origo negotii & materia Judi-  
cii: adeoque & in iudicio inquisitionis, vel alio  
simili, haec quatuor, verè vel fictè saltē, inter-  
veniunt, quia fama præcedēs repræsentat acto-  
rem, c. *Qualiter 17. inf. De accusat. c. Licei Heli 31.*  
*inf. De Simonia in verbis, sed quasi fama deferente,*  
*vel deponente clamore.*

3. Judiciorum variae sunt divisiones, de-  
sumpta cum à cauſa effidente sive Judgea-  
tum à materia, forma, & fine. A cauſa effidente  
sive persona iudicantium aliud est Ecclesiasti-  
cum, quod coram Judge Ecclesiastico, inter  
personas Ecclesiasticas, & de rebus Ecclesiasti-  
cis, agitur, potissimum spiritualibus  
ut de matrimonio beneficiis & his annexo iure  
patronatus, de criminis hætæsis, Simonia, &  
aliis similibus: aliud Sæculare, quod coram  
Judge laico inter personas sæculares exercetur.

4. A materia, seu fine, circa quem iudicia  
versantur, aliud est Civile, quo vel in rem vel  
in personam agitur, civiliter, & principaliter  
ad commodum privatum, etiam cum ex deli-  
cto agitur: nihil forte agatur civiliter ex crimi-  
ne infamante, nam tunc dicitur cauſa criminis.  
Foller. ad Mataram 4. p. *Spec. Dis. 1. n. 3.*  
*ubi alios citat.* Et hoc vel est Spirituale, quo a-  
gitur de re spirituali vel ei annexa c. 2. 3. & aliis  
h. t. vel Temporale seu Profanum, c. ult. h. t. A-  
liud est Judicium Criminale, quo agitur de cri-  
mine principaliter ad commodum publicum  
seu vindictam, publicam: ut si in Ecclesiasti-  
co

Q. 3

siaſtico ſoſo agatur ad degradationem, ad officii dignitatis, vel beneficij privationem, aut ad perpetuos carceres, ramquam ad poenam, cap. Et ſi Clerics &c. Cum non ab homine io b.t. in ſeculari vero ad poenam capitalem vel membi mutationem, aut etiam ad poenam pecuniariam, filio, non parti, applicandam. Bart. Curt. & alii in l. Prator ait. D. De ſepulchro violato.

5. Unde subdividi potest hoc Judicium in Capitale, & non capitale. Capitale eft, in quo agitur de criminis capitali, ſer in quo venit irroganda poena capitalis; veluti dum damnatur quis ad mortem naturalem, quia perditur caput naturale: vel dum quis redigitur in servitatem, aut damnatur in metallum, quia amittitur caput civile, quod eft libertas: vel dum deportatur, quia tunc caput exprimitur de civitate. Non capitale, in quo non venit impo- nenda aliqua ex tribus praedictis poenis, Maranta d. 4 p. Diff. 2.

6. Mixtum vero judicium eft, in quo & ci- viliter & criminaliter agitur: ut dum de crimi- ne aliquo, v.g. furto vel injuria agitur ad in- teresse parti, & simul ad vindictam publicam e. Tua 5 sup. De procuratoribus.

A forma seu modo procedendi Judicium aliud dicitur Summarium seu Extraordinarium, in quo proceditur simpliciter & de plano, ſine strepitu & forma judicii, id eft non observatis ad amulſum ſolemnitatibus & terminis judici- alibus, veluti in cauſis electionum, poftulati- onum, & ſimilibus, prout optimè explicatur in Clement. ſepe De verb. ſignificat. & exemplum habemus in e. Novit. 13. b.t. ubi extra ordinem agitur per viam denuntiationis Evangelica ſeu judicialis contra quemlibet pecca- torem. Quibus adde cauſam hæresis & Ix- ſa Majestatis, in quibus etiam ordo ſolem- nis iudicii non ſervatur, cap. fin. De heret. in 6. & Extravag. Henrici VII. Quomodo in laſa Majest. &c. Ejusmodi quoque ſunt iudicia poſſefſoria. l. t. C. Si di momenti poſſeff l. momenta- nea Cod. Vnde vi, l. ult. D. De appetat. recip. & ſimilibus. Ita tamen in hoc iudicio remittuntur ſolemnitates iudicii, & ſolemnis ordo proce- dendi, ut probationes necessariae & defenſiones legitime, eitario, praefatio iuramenti de calum- na vel malitia, ſive de veritate dicenda, non ex- cludantur, & ſententia definitiva feratur in

scriptis, à Judge, ſive ſedente ſive ſtante: quam- quam in levioribus & parvi momenti negotiis, ubi non ſit praefiducium veritati vel cauſe principali, ſufficiat rem ſemiplenè & ſumma- tè probari, ut in cauſis recenſitis à Glosſa 3. § ſi- cundum D. Ad exhibendum Aliud vero dicitur Plenarium ſeu Ordinarium, in quo ſervato iu- dicii ordine & ſolemnierte de cauſa cognolitur: puta cum reo citato libellus ſeu auctoris intentio scripto editur, & litis ſi contestatio; cum pra- statutum juramentum calumniæ; probationes doceat & excutitur, ſententiaque in scriptis fertur à Judge ſedente; & poftrem executioni mandatur: niſi ea per appellationem vel reflu- tionem in integrum vel supplicationem ſu- pendatur aut reſcindatur vel nulla declaretur. Ita Canifius in Summa lib. 4. b. t 1. §. Denique perl. Prolatam & ibi D.D.C. De ſentent. & interloc. t. In cauſis 19 inf. De ſententia & re judicata.

7. Aliter Judicium Extraordinarium dicitur illud, quod coram delegato Judge inſtitutor Glosſa in c. Quoniam contra in v. Extraordinarium inf. De probat. & de hoc loquitur totus Tit. ſu. De officio delegati, & D. De officio ejus cui mand. eft jurid. Ordinarium vero illud, quod coram Judge ordinario inſtituitur, de quo loquitur totus Tit. ſu. De officio ordinarii. Quis autem ſit ordinarius, quiſ delegatus, diximus lib. 1.

8. Rurſus Judicium aliud eft Petitorium aliud Poſſefſorium. Petitorium dicitur, in quo de proprietate vel alio jure agitur, extra poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem: ut ſi res vi- dicitur, hæreditas petatur, actio empti, de- poſiti, commodati, vel alia ſimiſis intentetur. Poſſefſorium eft, in quo poſſeſſione vel quaſi contenditur, ſive adipeſenda, ſive retinenda, ſive recuperanda. Poſſeſſio proprie eft rerum corporalium, l. 4. imprinc. D. De acquir. ve- lamittend. poſſeff. quaſi poſſeſſio incorporalium, l. Si quis diuertitur D. Si ſervit, vindictetur; cap. juſlinod. ſunt ſervitutes, & ſimilia alia iura.

Aliaſ Judiciorum diuīſiones tradit  
Maranta in Speculo 4. p. prima  
principali quaſiſ.

¶ 30

TITU.